memorata Recognoscens, Generosa Zophia Wrzahowska suos eius Successores ad instantiam praefati Generosi Joannis Grabia obligatarii sui vel eius Successorum ad Officium
1704 praesens Castrense Capitaneale Praemysliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum Luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, se ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios vera infirmitate, pro Maiori Minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Equicurrem, aliisque quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventione, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

20/VI Sabbatho post Festum Sanctorum Vitti & Modesti Martyrum proximo, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Godlewski consorti Reformat

Ex Copia 1703.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus G[eneros]us Joannes Michael de Godlewo Godlewski, G[eneros]i Joannis de eadem Godlewo Godlewski cum G[enero]sa olim Elisabetha Chylinska primi Matrimonii Consorte legitima procreatus Filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni, quoad Actum praesentem attinet, se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice ac per expressum recognovit: Quia ipse G[enero]sae Elisabethae Duninowna Rostecka, G[eneros]i Francisci Dunin Rostecki G[eneros]is Francisci Dunin Rostecki cum G[enero]sa Eva Cristina Stusienowska Consorte legitima procreata Filia, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae et ipsius Posteris, Summam Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae, nec non aliam similem Summam Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium, ratione veri, iusti et liquidi dotalitii, in et super # medietate Bonorum suorum generaliter omnium paternorum et maternorum, mobilium et immobilium, haereditariorum et obligatoriorum, Summarumque quarumvis pecuniariarum; nec non auri, argenti, stanni, aeris, cupri, orichalci, Clenodiorum, Unionum Margaretarum, monilium, vestium, vestimentorum, equorum, equitiorum, pecorum, pecudum, ac totius supellectilis domesticae in quacunque forma et materia existentium nunc habitorum et

737

tota et integra

1706 in post faberi dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat inscribit et reformat praesentibus: Per ipsam Ktcro Elisabetham Duninowna Rostecka, sui Recognoscentis Consortem Legitimam, et ipsius Posteros, eandem medietatem Bonorum suorum generaliter omnium, cum Universis ipsorum Utilitatibus, et Usufructibus, competentiaque et praerogativa quavis, tenendi habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos, suorumque Successorum quosvis bene placitos Ususfructus, libere et effectualiter convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Godlewska abrenuntiat.

730 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Ktis Elisabetha Duninowna Rostecka, Nobilis Francisci Dunin Rostecki de Palatinatu Cracoviensi Districtu Sandecensi cum Nobili Eva Cristina Stavierowska de Districtu Lukoviensi Consorte Legitima procreata Filia Nobilis vero Ioannis Michaelis de Godlewo Godlewski Gnosi Ioannis Godlewski, cum Gnosa olim Elisabetha Chylinska Consorte ipsius Legitima procreati Filii Consors Legitima, sana mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui eti Tutoris Coniugalis personali assistentia et